



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**


5. Octobris. 3. Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**

am destinantis. *Esto mihi Angelus Pacis, & doce me ita dirigere actiones meas, ut pacem cum Angelis eternam possideam.*

S. BERNARDUS, hom. 3. sup. Miss. Solent Angeli astare orantibus, & delectari in his, quos vident levare pu-  
 ras manus in oratione: holocaustum sanctæ devotionis gaudent se offerre Deo in odorem suavitatis.

Angeli  
adstant  
oranti-  
bus.



5. Octobris. 3. Nonas.

B. HUGO Monache Curix-Dei; qui fervorem in sectanda Religionis perfectione etiam post mortem è tumulo prodit, dum frigido febrium humore laborantes ibi à te piis precibus invocato calorem inveniunt, quo morbus abigitur. *Expelle etiam ab anima mea febrilem languorem in rebus divinis: sentio hunc, nec semel tantum deploro, & ad Medicum aspiro.*

Floruit  
circa  
annum  
1200.


B. GERWICE, Abbas Waldsassen-  
 sensis, illiusque Monasterii conditor, anno  
 cuius occasionem dedit inopinatum  
 vulnus, quod inter militares ludos  
 Marchioni Theobaldo de Vohemberg,  
 tibi ob generis, ætatis, & studii parita-  
 tem in aula Bavari charo inflixisti.  
 Infelici ergo manui iratus, mundo  
 res suas

Floruit  
anno  
1151.

*Eremū  
petit.*

*Monas-  
terium  
condit.*


res suas habere jussu, postquam per aliquot annos vitæ sanctioris præcepta inter Benedicti asseclas hauisti, in vastissimam sylvam secessisti, tam diu ignotus exigui mapalis incola, donec venationis gratia lucum percurrens ipsemet Theobaldus, non sinè lætitiæ & admirationis lacrymis te agnovit, statimque tantum terræ illius spatium dono dedit, quantum uno die pedibus per circuitum dimetireris. Addidit prætereà sufficientes impensas ad cœnobii structuram; in quod inquilinos inducturus à Patriarcha BERNARDO manipulum Monachorum petiisti; at cum ea tempestate ipsemet laboraret inopia, eos Wolkenrode præbuit: Inditum Monasterio nomen, lingua patriâ waldsassen, quasi sedentes in sylva. Sed aliam faciem successu temporis induit tua & successorum industria, adeò ut hodierna die inter celeberrima Cistercii decora meritò numeratur. Non mirum est, te densissimas sylvæ tenebras in tam claram lucem commutasse, cum tam generosè te è mundi tenebris, id est vitijs proripueris. Uinam & ego, quæ mundi sunt, toto animo meo excluderem.



S. BER-

S. BERNARDUS, ser. 75. in Cant.

Habet mundus iste noctes suas, & non Mundi  
 paucas. Quid dico, quia noctes habet <sup>tene-</sup>  
 mundus, cum penè totus ipse sit nox, <sup>bræ.</sup>  
 & totus semper versetur in tenebris?  
 An non nox, ubi non percipiuntur ea,  
 que sunt spiritus Dei?



8. Octobris. Pridie Nonas.

B. ODO, Matris Cistercii inter pri- <sup>Floruit</sup>  
 mos Ordinis auctores alumne: qui <sup>anno</sup>  
 inter aspera illa primordia per pluri <sup>1100.</sup>  
 mos annos strenuum laborem contu-  
 listi ad erigendam Cisterciensis Insti-  
 tuti scalam, per quam vestigia tua se-  
 quentes innumeri ad gloriam immor-  
 talem conscenderunt. Prebe & mihi  
 manum: ecce! prompta est ad sequelam  
 voluntas, sed caro nimis infirma, tam verò  
 egregio duce feliciter utique progressura.

B. BALDUINE, S. R. E. Cardi. <sup>Obijt</sup>  
 nalis Archiepiscopo Pisane: dulcior <sup>anno</sup>  
 his titulus est, cum te Filium Magni <sup>1146.</sup>  
 BERNARDI appello: cujus amore  
 patriam, opes, & quos clarissimum ge-  
 nus promiserat honores abjecisti. Sed  
 hæc omnia restituit Innocentius, qui  
 te vocato ad Purpuram penè solo ad  
 secretissima consilia usus est arbitro.

N n 3

Suscipie-